Si nimis carnaliter dilexit cōsanguineos suos et affines nimis dolens de eorum aduersitate ⁊ gaudens ꝓsperitate uel eā sibi affectās. si nimis eos uisitat ⁊ querit uel gaudet ab eis uisitari. Si cum eis uel cū aliis secularibus loquit᷑ uel interrogat q̄ nō expediūt ut de guerris ⁊ huiusmodi uel pro eis ꝓcuret beneficia ecclesiastica uel temporalia officia. nā hoc est ualde periculosum precipue si tales sint inepti uel indigni.

Si artificium aliquod uel exercitium fecit illicituȝ aut honestati religionis indecens ut bursas uł uestes rechamates uel linea reticulata ⁊ huiusmodi quod sepe reperit᷑ in monialibus modernis prohibenda sunt.

Si proficere non curat sed inuitus facit que seruat ⁊ se male contentum esse in religione reperit nec recognoscit se pro hoc beneficio ⁊ ceteris ad recōpensandum deo obligatum. Talis ipocrita est et in statu damnationis. ẜm tho.

Si quandoque dimisit habitum. Nam religiosus seu religiosa semp debet tenere hītū sue rł'iōis siū

in lecto quiescēs siue alibi cōsistēs nisi sit a deo ur
gens necessitas uel grauis infirmitas q̄ habitum
nō pateret̃. 20. q. i. uidua. alias uidet̃ peccaī mor
taliter. Et si temere sine habitu appareat in con
spectu secularium ipo facto excōmunicationem incur
rit ut in. c. ut piculosa. ne cle. uel mo. li. 6. Et ideꝫ
est si apparuerit corā eis in habitu suo. sed cooper
to habitu clericali sine rationabili cā ut notat. Jo.
an. in cle. qm̄ de ui. ⁊ ho. cle. de. reg. iuris. Certum
in nouella. Si ad studia litterarū iuit nō licēciatᵃ
a prelato suo ⁊ cum cōsi. io maioris ptis sui conuē
tus. Nam talis ipo facto excōnem incurrit ut ha
betur in dicto. c. ut piculosa. Si ad audiēdū leges ł
philosophiā iuit. nā si infra duoꝝ mēsiū spatiū nō re
dierit ad claustrū ipo facto excōnē īcurrit ex ne cle.
ł mo. c. sup. specula. Si religionē ⁊ habitū sue reli
gionis aīo nō reuertēdi aliquādo debuit. nā talis
apostata iudicat̃. ff. de re. mi. l. desertorē ⁊ est ex
cōicatus ut supra pp temerariā habitꝰ dimissionē
qđ ē spāle in religioso apostata. nā alias apostata
nō ē excōicatꝰ sed excōicādus ut notat glo. in. d. c.
ut periculosa sup uerbo ipso facto. Si induxit ali
quē ad uouēdum iurādū ł fide interposita seu ali
as promittendo ut sepulturam apud eius ecclesiaꝫ
eligat. uel iam electam ulterius non mutet. Talis
sententiam excōmūicōis incurrit ipso facto de se
pul. c. i. li. 6. et in cle. Cupientes. de penis.

¶ Si clericis uel secularibus sacrametu eucharistie uel extreme unctionis mistrauit aut matrimoniu sollemnizauit.i.publice et sollemniter sposos bene dixit nō habita super his pochial' pbri licetia spiciali.nam excōicationē icurrit papalē.ut in cle.religiosi de priui.

¶ Si excōicatos a canone sine speciali cōcessiōe absoluere psumpsit pterq in casibus a iure pmissis uel propter priuilegia sedis apostolice ei concessa eandē excōne n incurrit ut ibi.et hoc intelligit' in distincte de excōicatis a quocūq canone a papa pmulgato ēt si talis religiosus absoluerit excōicatos a canone mīori excōne pp pticipationē et sic sētit glosa ibidē sup uerbo a canone.con. Guil. pau. Jo. de leg^a.et Jo.de imo. in dicta cle. Religiosi. Si a sententiis p statuta puintialia uel sinodalia pmulgatis seu a pena et a culpa absoluere quēq presūpsit eandē sentētiam excōicationis incurrit ipo facto ēt si religiosū uel cōscium ab huiusmōi absoluere presumpserit ut ibidē notat glosa sup ūbo.qq. Si exn̄s monachus uel canonicus regularis nō habēs admīstrationē absq licētia platorū suorum ad curias principū se trāsferre presumpsit ut prelatis uel monasterio aliqd damnū īferret talis ipso facto excōnis sentētiā īcurrit.ut in cle.ne in agro.de sta.mo. Si monachus exn̄s sine licētia sui abbatis itra scepta monasterii arma tenuit excōnem īcurrit

ut.ibi. ¶ Si defacto cōtraxit matrimonium excommunicatus ē extra de cōsan. ꝛ affi. eos. in cle.
¶ Si nō seruauit interdictum qd̓ seruat cathedralis seu matrix ecclesia loci illius excōmunicationis sententiā incurrit nō obstātibus priuilēijs seu indultis statutis uel cōsuetudinibꝰ quibuscūq; ei cōcessis ut ī cle. ex frequētibus de sen. exco.
¶ Si existens de ordine minorū tēpore interdicti recepit ad diuina fratres uel sorores tercij ordīs excommunicationem incurrit extra de sen. ex. cum ex eo. in clementinis.
¶ Incipit quarta ps huius opusculi de penitētie iniunctione ꝛ peccatorū absolutione.
Expeditis tribus huiꝰ opusculi prīcipalibꝰ partibus restat uidere ultimā q̄ in duobus cōsistit. s. in penitētie īiunctione ꝛ peccatorū absolutione. sed quoniā nō potest debita forma per ministrum apponi nisi primo materia debita sit integre p̄parata. ꝛ cū materia penitētie sit ꝯtritio ꝯfessio ꝛ satisfactio sine quibꝰ nō pficit̄ hoc sacramentū merito in hoc sacramēto sacerdos hoc ordīe procedet. Ut pmo diligēter peccatorū cōfessionem audiat ꝛ de hoc supra. secūdo penitētiā iniungat. Tercio absolutionē impēdat. ꝛ notat Guil. ꝛ Io. An. in cle. Dudū. de sepul. Intendēs igit̄ ꝛ ego hunc ordinē suare declarabimꝰ pmo quō cōfessor se habere debeat in penitentie impositione deinde ī pec

159

catorum absolutione. ¶ Capitulum primum.

CIrca primū .s. penitētie īpositionē ꝑ maiori d
claratione sciēdū ē q̄ triplex est penitētia .s.
sollemnis publica ꝛ ꝑuata. Sollēnis est illa q̄ fit ī
capite q̄dragesime cū sollēnitate q̄ habet .d.l. In
capite. ꝛ imponit solū ab epo uel de eius mādato
ꝫm hosti. in su. de offi. Archipre. Publica uero pe
nitentia ꝓprie dicit illa q̄ fit ī publico nō tn̄ cum
p̄dicta sollēnitate ut cū īiungit pegrino ire p mō
dū cū baculo ꝛ pera bn̄dictis ꝛ huiusmodi hāc po
test īponere qlibet sacerdos pochiano suo nisi ad
sit ī cōtrariū cōsuetudo in aliq̄ ecclesia. Priuata āt
penitētia dicit illa q̄ cottidie fit saltē semł in āno
cū qs secrete ꝛ soli sacerdoti peccata sua cōfitētur
de pe. di. 3. Iust⁹ ꝛ c. Repiunt. ꝛ c. oīs. de pe. ꝛ re
ꝛ hāc pōt īponere ēt qlibet sacerdos. sed qm̄ regu
larit p quolibet mortali peccato debet septēnis.
īponi pn̄ia. 33. q. 2. hoc ipsū. ꝛ. §. se. ꝛ 22. q. i. predi
candū nisi maior ł mīor īueniat p canones expssa
iō eos ut maturius ꝓcedat ꝛ ne alicui ignorantia
sit occasio deliq̄uēdi hic inserere uolui.

¶ Incipiūt canones pn̄iales.

PRim⁹ canō dicit q̄ si psbr fornicationē fece
rit .x. ānoꝝ pn̄iam agat ꝫm formā traditā. 82. di.
psbr. si fornicationē. secūd⁹ canō dicit q̄ sacerdos
cognoscens filiam suam spiritualem scilicet quam
baptizauit uel ad confirmationē tenuit ł ī ꝯfessiōe

audiuit.xij.annorũ debet penitentiam agere ⁊ si publicum sit deponẽdus est. Episcopus aũt qui talia comisit.15.ãnis peniteat. ⁊ presbiter ⁊ mulier religioni tradant᷑ rebus suis pauperibus errogatis.30.q.1.Si quis sacerdos.⁊.c.nõ debet.

¶Si quis peccauerit cõtra naturã ⁊ est clericus deponatur ⁊ religioni tradatur.si laicus excommunicetur ⁊ a cetu fiat usq3 ad satisfactionẽ condignam fideliũ alienus supra de exces.p̄la.c.clerici.

¶Si quis cum brutis coierit plus q̃3 per septem annos peniteat.33.q.2.hoc ipsum.⁊.§.se.

¶Si quis commiserit incestum eadem pena puniat᷑ ut in iuribus supra proxime allegatis. adde q̄ uicium contra naturam grauius est q̃3 cum matre ꝓpria peccare.32.q.7.c.Adulterij malum.

¶Si sacerdos clãdestinis nuptiis interfuerit triennio suspendat᷑ ⁊ si culpa hoc exegerit grauius puniatur supra de clãde.despon.c.cum inhibitio.§. penult. Si quis uotum simplex uiolauerit tribus annis penitere debet.27.d.si uir Si quis excõmunicatus cellebrauerit triẽnio penitere debet ⁊ a uino ⁊ carnibus abstinere 4ª ⁊ 6ª feria.2.q.3.de illis.Qui alium iniuste accusat ad mortem.xl. dies in pane ⁊ aqua cum.7. annis peniteat si mors sequta fuerit. Si uero debilitatus menbro fuerit accusatus per tres quadragesimas peniteat accusator supra de accu. Accusasti.

¶ Quicunqȝ filiam suam spiritualem uel cōmatrē cognouit p.7.ānos peniteat. ⁊ similiter cōsentientes. s.mulieres.30.q.3.nō oportet. Si quis desponsatā alii duxerit eā dimittat ⁊ p.xl.dies ī pane ⁊ aqua ⁊ p.7.ānos peniteat supra de spō.du.c. Accepisti
¶ Et intellige desponsatā.s.p uerba de presenti.
¶ Qui cognouerit duas cōmatres uel sorores siue sit uxoratus siue nō adminus.7. ānis peniteat lȝ plus deberet.30.q.4.si pater. Homicida uoluntarius sine spe restitutionis deponitur ⁊.7.annis penitere debȝ.50.di.mior.uel si causa subsit ut magis casuale homicidium qȝ uoluntarium presumat quinqȝ annis peniteat.50.di.eos uero.⁊.c.Si qua femina.⁊ c.si quis uoluntatem.
¶ Matricida p.x.annos peniteat ꝺm formam satis asperā traditā.33.q.2.latorē.
¶ Uxoricida toto tempore uite sue peniteat ⁊ satis durior sibi penitentia impōnit qȝ matricide.33.q.2.admonere ⁊.c. quicunqȝ.
¶ Si quis pprium filiū interfecerit ex ppōsito īduci debet ut toto tempore uite sue peniteat ī monasterio.ut.c.i.de his qui filios occiderūt. ⁊ si ñ posset ad hoc induci annorū trium penitentia indicatur quorum unum in pane ⁊ aqua pagat etiam si oppresserit in lecto dormiens ut in.c.fi.extra. de his qui.fi.oc.
¶ Si quis periurauerit.xl.ª dies in pane ⁊ aqua ⁊

7.annos peniteat ⁊ nūq̄ȝ sit sine penitentia .i.inte
riori hoc est ut semp doleat ď peccato. 6.q.i. Qui
cunqȝ facit.50.di. clerico.

¶Pro falsa mensura.30. dierū in pane ⁊ aqua īpo
natur penitentia supra de emp.⁊ uen.c.2.ut ibi.
Si quis sollemniter penituit ⁊ postmodum ad uo
mitum rediit.x.annis peniteat. de pe.di.5. Si q
uero. Qui deuotā uel monialem cognouerit.x.an
nis peniteat.27.q.i.deuotā ⁊.c.p̄cedenti.

¶Qui cantat missā ⁊ nō cōicat anno penitere debȝ
⁊ interim a cellebratione ⁊ cōione cessare de con.
di.2.Relatū. nec alia ibi exprimit̃ penitentia.

¶Si sacerdos clericum mortuū in palla altaris īuo
luerit.x.annis.⁊.5.mensibus peniteat. diaconus
uero triennio ⁊ dimidio de con.di.i. Nemo cle
ricus per ignorantiam.

¶Qui comittit sacrilegium uiolando ecclesiam uel
crisma seu calicem sacrum pollutis manibus acci
pit uel similia cōmittit.7.ānis peniteat ⁊ ī duob⁹
primis nō intret ecclesiam ⁊ usqȝ ad quartū nō of
ferat ⁊ tribus diebus in ebdomoda a uino ⁊ car
nibus abstineat ieiunādo sed alia cōsiderāda sunt
q̄ habent̃ i2.q.2.de uiro nefando.

¶Si qui parentes frangunt sponsalia filiorum trie
nio seperentur a communione ⁊ filii similiter si in

culpa ſint.31.q.3.ſi qui parentes. ar.de pe.d.i.ſi cut. Qui ducit in matrimonium quā polluit p adul terium. 5. annis peniteat.31.q.1.ſi qua uidua.

Maledicus cōtra deū uel aliquē ſanctorū.p.7.eb domodas penitere debet eo modo quo tradit̃ ſu pra de cle.male.c.2.

Si ſacerdos reuellat cōfeſſionem de iure antiquo deponi debebat ⁊ toto tēpore uite ſue ignominio ſus pegrinari per mūdū de pe.di.6.Caueat ſacer dos.poſtmodum determinatū fuit q̧ depoſitus ad agendā penitentiā perpetuā in artum monaſteri um detrudat̃ īfra.e.c.omnis in fi. Qui compulſus cōditionaliter piurat ſi liber eſt.xl.diebus in pane ⁊ aqua peniteat cū .7.annis ſequentibus in cōmu ni penitentia.Si vero ſeruus eiuſdem eſt p tres qua drageſimas ⁊ legittimas ferias ſcilicet ſecundam quartam ⁊ ſextam peniteat.22.queſtione quinta. Qui compulſus.

Qui periurat in manibus epiſcopi aut in cruce conſecrata tres annos peniteat ſi uero in cruce nō conſecrata unum annum peniteat qui autem co actus ⁊ ignorans periurauerit ſi poſtea cognoue rit tres quadrageſimas peniteat.22.q.5.capitulo. Qui periurat. Qui ſcienter falſum iurat uel alium iurare compellit uel inducit quadragita

diebus in pane ⁊ aqua cū. 7. sequētibus ānis peni
teat ⁊ nūq̄ sit sine penitentia. ⁊ alii si conscij fue
rint similit̄ peniteāt. 22. q. 5. Si qs se piurauerit.
⁊. c. si quis conuictus.
¶ Si quis coactus ꝑ uita redimēda uel alia necessita
te piurat tres. xl. uel secundū aliquos tres annos
peniteat. 22. q. 5. Si quis coactus. Qui in dicēdis
horis canonicis ⁊ aliis dominis officiis a cōsuetu
dine metropolitane ꝓprie ecclesie discrepat. 6. mē
sibus cōione priuat̄ si hoc ex contemptu fecerit.
12. di. de his.
¶ Episcopus q̄ correctionē subditorū ꝑ uenditione
misteriorū dissimulat duob⁹ mensib⁹ excōioni sub
iaceat. ceteri uero clerici eadē pena uel alia compe
tenti plectat̄. i. q. i. quicquid.
¶ Sortilegus diuin⁹ ⁊ maleficus secularis. xl. diebus
peniteat si peccatū ē occultū extra de sort. c. i. si ue
ro est notoriū cōmunione fidelium priuent̄. de. cō.
di. 2. pro ellectione.
¶ Sacerdos qui uidet in astrolabio duobus annis pe
niteat extra ď sortil. c. ex tuaꝝ.
¶ Clericus qui scienter ⁊ maliciose magicis artibus
incantationibus ⁊ huiusmodi usus fuerit uel tales
alii consuluerit honore dignitatis sue priuatus in
artum monasterium detrudat̄ ad perpetuam peni
tentiam peragendam. 26. q. 5. Non oportet ⁊. c.
Si quis episcopus. ⁊. c. Aliquanti.

Si quis stillauerit in terrā siue tabulā de sanguīe cōsecrato quadraginta diebus peniteat. si super altare tribus diebus si sup linteū altaris ꝛ ad aliud stilla puenerit quattuor diebus. si usqꝫ ad tercium nouem diebus si usque ad quartum. xxx. diebꝰ peniteat de. cōse. d. 2. si per negligentiā.

¶ Si quis laicus per ebrietatē uel uoracitatē eucharistiam euomuerit quadragīta diebus peniteat clericus uero uel monachus. 70. diebꝰ. eps aūt. 9. diebus peniteat. Sed si ꝓpter infirmitatē hoc acciderit septem diebus peniteat. de. 9. distin. 2. Si quis per ebrietatem.

¶ Qui prespiterū interfecerit. 12. annis peniteat extra eo. c. secundo.

¶ Si quis domū seu areā cuiuscūqꝫ uoluntarie incenderit sublata uel in censa omnia restituat ꝛ tres annos peniteat extra de iniur. si quis domuꝫ.

¶ Qui cōicat cum heretico scienter. 5. ānis peniteat 24. q. i. Si quis dederit ꝛ. c. se.

¶ Qui ignorāter cognoscit duas sorores uel matrē ꝛ filiā uł amittā ꝛ neptē. 7. ānis peniteat. Si scienter ꝑpetuo careat cōiugio. 34. q. ul. Si quis cū duabus ꝛ. c. se.

¶ Patronꝰ res ecclesie dilapidans āno peniteat. 16. q. ultima. filiis. Qui lustrat domū suā cuꝫ magicis incātationibus. 5. annis peniteat. 26. q. 5. si quis ariolos ꝛ duabus causis seqn̄. Qui iurat nō facere

pacem cũ ꝓximo suo ãno peniteat ⁊ ad pacem rede at.22.q.4.Qui sacramēto.

¶ Periurus adulter homicida regulariť septem an nis peniteãt ⁊ idē ꝑ fornicatione licet nõ ita aspe ra penitētia ĩponatˀ.22.q.i.ꝑdicãdũ cũ glosa.⁊.33 .q.2.hoc ipm.⁊.§.se.

QUãq₃ hos canões pñiales hic inseruerĩ nõ ta mē hoc ideo feci qa ꝯfessor debeat aut teneatˀ semp penitētias ꝑut in eis cõtinetˀ imponere cu₃ hodie omnes penitētie arbitrarie sĩt ⁊ cõfessoris arbitrio committantur.26.q.7.tēpora ⁊ de pe.d. i.Mensurã.⁊ extra eo.c.Quesitũ.⁊.c.de his qui. Sed ut ex hoc sciat melius differētias peccatorum cognoscere ⁊ ꝺm eorum grauitatem cuilibet peni tenti ꝑut congruit penitētiam iniungere cõside ratis tamen cõditione ⁊ ꝑsone dignitate sexu offi cio pauptate cõplexione societate ac dispositione ut dicit host.in su.eo.ti.§.q̄ penitētia.Debet enĩ penitētia peccato correspõdere.ut.s.superbo. hu milis iniungatˀ oratio. auaro ⁊ cupido elemosina rũ elargitio.luxurioso ⁊ guloso abstinentia ⁊ car nis maceratio.Quod uerũ ē nõ de necessario ł ēt de cõgruo in speciali sed de cõgruo tãtũ in gene rali ut dicit.Sco.in.4.di.15.q.i.nã sepe cõtingerˀ põt q̃ aliqs peccet peccato supbie auaricie luxurie ⁊ gule cui de cõgruo deberet correspõdere aliqͦ ꝑ dictorũ operũ penaliũ ⁊ tamē talis penitētia uel

1 6 3

satisfactio nõ poterit ei cõpetere exempli gracia. Pauperi q furatus ẽ nõ cõpetit ei dare ꝑ penitentia ut elemosinas faciat qa nõ habet unde facere nec ut oret uel ieiunet aut corpꝰ maceret licet peccauerit peccato superbie uel luxurie qa cũ oporteat eũ cõtinue laborare ꝓ uictu necessario nõ possꝫ postea sustinere laborẽ. cõsimilit̃ potest cõtingere qꝫ diues qui peccauit peccato carnis sit adeo delicatus qꝫ nõ uult ieiunare nec corpus macerare uel ꝑsumit̃ qꝫ si sibi talis pñia iponeret̃ cito eã abijceret ⁊ sic nouo peccato peccaret. unde in his casibꝰ ⁊ similibus discretus cõfessor imponet aliã penitẽtiam quã cognoscit penitentẽ libentius recipere ⁊ credit quod debeat melius ad implere. caues sẽper ne iniungat penitentiam que alteri faciat ꝑiudiciũ uel ex qua sequat̃ aliqd scãdalũ seu ꝑiculũ ⁊ si peccator oĩo nullã penitẽtiã uelit accipe a sacerdote sibi impositã dicit tamen se habere displicentiã alias cõtritionem de peccato cõmisso ⁊ firmum propositum nõ recidiuandi absoluendus est ne cadat in desperationem secundũ Scotũ. ubi supra. Idẽ. vꝫ. est tamen hoc casu ⁊ quotienscũqꝫ imponit̃ pñia mĩor debito cõfitẽti nũtiãda pñia q̃ sibi ꝑ peccatis suis essꝫ ĩponẽda ⁊ ĩducẽdꝰ qꝫ eã ĩ se uel in equiualenti absque impositione uelit ad implere. ¶ Alioquin oportebit eum in purgatorio soluere ⁊ cõplere. cõ. tho. in. 4. d. 19. nullo tñ casu.

cōfessor debet exigere pmissionē a cōfitente licet credat q nō faciat penitentiā aut aliud quod promittit. Sufficit enī si dicat se habere propositū faciendi. fm. vv. Salubre ēt cōsiliū doctorū ē q cuilibet cōfitēti ad uitandū ambiguitatē de iteranda penitētia facta in peccato mortali cōfessor unū pater noster uel aliquā aliā breuē satisfactionē quā statī in statu gratie exequat iniungat Et deīde ei declaret si cōtingat reliquā satisfactionē sibi p eū iniunctā agere in peccato mortali an debeat illā iterare uel non non tamen dicitur in mortali qui contritus est.

¶ De commutatione penitentie.

Queritur an sacerdos possit cōmutare penitētiam quā iniunxerit. & dico breuiter secundū hostiensem in suma. ti. de remis. §. & an sacerdos. quod sic dum tamen discrete & ex causa rationabili & circa subditos suos. di. 82. presbiter. aliter non. con. Ray. Lu. dic. secundum. vv. Quod aut confessor a quo commutatio petitur iste idem est qui iniunxit eam siue successor eius uel supior ordinarius iudex penitētis & hi omnes pnt penitētiā cōmutare uel relaxare. aut est alius cōfessor a pdictis et tūc si talis penitētia est secreta & ī tali casu iniūcta in quo ipse secundus cōfessor poterat ab initio absoluere & penitētiā iniungere poterit ēt eo cāu

relaxare τ cōmutare. Secus aūt ē si in casu a quo ip se ante nō poterat absoluere aut si talis penitentia iniuncta fuerit a superiore qui sibi talē cōmutationē uel relaxationē reseruauerit. Archi. ad h° 50. di. accedēs. τ. 33. q. 2. latorē. τ ibi glosa. idez in direc. t. eo. §. 140. hoc tamen ēt casu. cū penitentia iniuncta est a supiore uel in casu sibi reseruato poterit inferior ſm. ꝟꝟ. eā cōmutare uel relaxare si urgeat necessitas aut suadeat utilitas ēt si sit publica. Pium est enim interpretari in his casibus qđ superior cōcesserit inferioribꝰ potestatē cōmutandi uel relaxandi. hec ille. nec uidet necesse ex hoc iterare cōfessionem. ut dicit expresse pe. de palu. licet aliqui cōtrariū dicāt.

¶ Quomodo cōfessor circa īfirmos se hr̄e debeat.

QUāq̄ȝ piculosū sit penitētiam usqȝ ad extremū uite differre de pe. di. 6. Si quis. attamē q̄a nemo ē despandus dū in hoc corpore cōstitutꝰ est ea. di. nemo. presbiter q morientibus uel in mortis piculo cōstitutis penitētiā negauerit eorū animarū reꝰ erit. 26. q. 6. Si presbiter τ. c. se. debet igitur cōfessor. cū ad infirmū p cōfessione uocat cum ōi sollicitudīe eū adire τ ōi dilligētia eius saluti intendere. ¶ Facile est enim prudenti confessori in tali casu animū ēt cuiuslibet magni peccatoris ad deum conuertere τ ad omne bonum persuadere τ

disponere ac tandē eius animā de inferni baratro liberare. Studeat igit̃ pmo ꝛ ante omnia si sue mētis cōpos est infirmus ꝑ posse eum ad contritionem cū spe uenie inducere. deīde ab eo q̄rat a quāto tēpore citra nō ē confessus ꝛ totius illius tēporis quo non est cōfessus. omniū peccatorū suorum ab eo exigat purā cōfessionē eū interrogādo in generali uel in speciali plus ꝛ minus prout eius discretioni ꝛ cōfitentis cōditioni expedire uidebit̃ ꝛ infirmitatis grauitas sine multo detrimento patietur ꝛ precipue de his interrogādus est.

¶ Si cōtentat̃ de omni eo qđ deo placuerit circa ipsum disponere siue de sanitate uel infirmitate siū de uita siue de morte ꝛ si dolet de omni offensa đi ꝛ pximi ꝛ ei iniurias remittit. nā alias saluari nō potest. Si ad curā sue infirmitatis uocauit medicū iudeum uel infidelē aut ab eo recepit medicinam nā hoc est prohibitum ꝛ mortale ꝛ ex hoc debet excommunicari si est laycus. Si clericus est debet deponi. 38. q. i. c. nullus. ꝛ. c. omnes. ꝛ notat collec. extra. de iude. ad hoc. ꝛ archi. in dicto capitulo. nullus. ¶ Ubi tamen dicit quod si quis moriatur nisi iuuetur a medico iudeo ꝛ alium inuenire nō possit credit hug. quod ī tanta necessitate licet ei uocare eū. ¶ Si ueneficoꝝ uel incantantiuꝫ remediis aut medicamine pro sanitate sua recuperanda usus est. prohibitum est et mortale. uigesima sexta.

q.2.c.illud.7.c.Qui sine saluatore 7 ea.causa.q.7. ad moneat 7 extra de pe.7 re.c. Cum infirmitas.in fine.

¶ Si debet aliquid alicui causa maleficii contractus depositi uel pdecessorum suorum legati non soluti aut alio quouis respectu. ¶ Nam non remittitur peccatum nisi restituatur male ablatum. ¶ Ideo si potest sine mora restituat ne cum alieno discedens damnetur ineternum. ¶ Sed si pro tunc non potest sufficienter ordinet 7 disponat uel talem cautionem faciat quod creditores sint securi 7 executores sui si decesserit quam primum fieri poterit satisfacere cogantur. ¶ Quod si alienum noluerit restituere uel ut predixi per testamentum uel alias sufficienter disponere nullatenus absoluatur. ¶ Si autem uere contritus et ad omnia bene dispositus satisfactione uel cautione premissis ut predicitur tunc si non est multum grauatus infirmitate imponatur ei penitentia pro ut confessori uidebitur consideratis peccatorum grauitate 7 persone conditione ut supra quam faciat cum sanatus fuerit. ¶ Melius est tamen errare in misericordia remittendi quam in seueritate ulciscendi. uigesima sexta questione septima alligant. Si uero fuerit ĩfirmitaᵉ.grauatꝰ seu ĩ piculo mortis cõstitutꝰ nõ ẽ ei pnĩa ĩiungẽda sꝫ tñ

innotescēda quātitas τ qualitas ea.causa τ.q.c.ab infirmis declarare tamen debet ei sacerdos.si tu esses sanus talē penitētiam tibi darē τ usq3 ad tale tēpus q3uis ēt multo maiorē facere deberes ƀm canones τ si cōualueris facias hoc uel illud.si uero ad deū migraueris facias ꝓ penitētia talem elemosinā uel iniungas heredibꝰ tuis uel amicis ut ꝓ te faciāt.τ si hec acceptat secure eū absoluat.Talis ēt erit uiatico reficiēdus τ ante mortē oleo iniungēdus τ amicorū orationibꝰ τ elemosinis ad iuuandus ut in dicto.c. Ab infirmis. si uero talis infirmus īfirmitate oppressus loquellā amiserit uł in frenesim cōuersus fuerit distīgue quia aut talis bene uiuebat et ut fidelis christianus singulis annis cōfitebať τ se communicabat τ huiusmodi l3 sacramenta nō petierit quia talia ex insperato acciderūt.uel ēt si malus τ obstinatus diu in peccatis ꝑseuerauerit τ a longo tēpore nō est confessus petiit tamen sacerdotem pro confessione τ ostendit se omnia uelle facere que debuit τ de hoc dent testimonium qui eum audierunt τ periculum est in mora quia continuo creditur moriturus. ¶ In utroque casu talis presupponitur contritus.

¶ Ideo aliquo de circunstantibus faciente pro eo cōfessionē generalē sacerdos absoluat eum ab omnibus cēsuris casibꝰ τ peccatis .īiungēs aliqd circūstātibꝰ ł cōsāguīeis aut herdibꝰ ꝓ aīa eiꝰ facieᵈ si

uoluerint acceptare. Deide pprius sacerdos minis trabit ei sacramentū eucharistie licet nō sit cōfes sus eo ꝙ nō potuit. 26. q. 6. is qui. uel alius. secūdū archi. ea. q. c. Si presbiter. nisi timeret de eius ex puitione uel uomitu. Idem uidet si quis a natiui tate amens fuerit. nā talis pōt baptizari ⁊ ei ī ne cessitate. s. in mortis articulo constituto. s. corpus christi dari. ut notat glo. 26. q. 6. c. Qui recedunt. Non aūt ministrabit ei religiosus quia ēt in hoc articulo mortis hoc sacramentū ministrādo siñ li centia proprii sacerdotis incurreret excōmunicati onē papalē ut notat pau. Jo. de. legna ⁊ Jo. ꝺ imo. in cle. Religiosi de priuil. extrema uero unctio om nino talibus dāda est ēt si nō potuerīt cōicare. qa licet ꝑpter frenesim nō permitterēt se inungi po tuerūt ligari ⁊ sibi uiolenter dari. secus aut de eo q a multo tēpore citra nō confessus est uel notori⁹ peccator existēs subito incurrit amentiā uł loquel lam pdidit nec prius uel postea ostendit signa con tritionis. nā tali sacramēta nō debēt dari nec ī ec clesiastica sepultura sepelliri.

De absolutiōe quō cōfessor se hēat circa eā. c. 9m.

Dicto superius qualiter cōfessor debet penitē tiam īiungere restat cōsequēter hic declarare quō circa absolutionē peccatorū se debeat habere Ubi nota ante oīa ꝙ dꝫ ī tāto misterio se īmunem

ab omni crimine reperire ut digne ⁊ salubriter ualeat illud exercere. Nā ultra modū sacerdotum crimen detestabile ē qui non prius se iudicāt ⁊ alios alligāt de pe.di.6.§.Sacerdos. Quotiēs enim sacerdos existens ī mortali aliquē absoluit totiēs mortaliter peccat ut notat glosa ea.d.§.penul.super uerbo. iudicandus. ⁊ Archi.ibidē ⁊ habetur indirec.e.t. Si tamen cōterat̄ ⁊ disponat cōfiteri nō dicit̄ in mortali. Justificato igit̄ prius se ipso ⁊ iam ītegre audita penitētis cōfessione ⁊ debita penitētia īposita ⁊ cōfitens dicat se ex corde de ōi dei ⁊ ꝓximi offensa dolere ⁊ iniurias ei remittere ⁊ alteriꝰ famā ⁊ rē uelle restituere ⁊ ꝑ iniuriis debite satisfacere ut supra capitulo ꝑcedēti. tūc si cōfitēs in articulo seu periculo mortis sit positꝰ ab omnibꝰ cēsuris casibus ⁊ peccatis poterit cōfessor eum absoluere ut supra ꝑte secunda.c.i.§.7. Si uero sanꝰ fuerit ⁊ ligatꝰ repit̄ aliqua excōicatiōe iudicis remittat eū ad excōicatorē seu ad eius superiorē ad quos de iure ꝑtinet absolutio ꝓm Ric.ī.4.di.18.articulo.9.q.5. Si aūt sit excōicatus excōicatione iuris absoluat eū ab ea si pōt mō īfrascripto si aūt nō pōt remittat eū ad habentē auctoritatem absoluēdi nec absoluat eū a peccatis prius q̄ȝ fuerit absolutus ab excōne quia excommuicatus maiori seu minori excommunicatione nō est particeps sacramentorum ecclesie ꝓm doc. Et notat̄ per

Ricardum in quarto distinctione decima octaua articulo nono questione quarta τ durandus in summa libro primo distictiõe quarta questiõe uigesĩa qnta. Imo si scienter maiori excõicatiõe excõicatũ absoluat a peccatis priusq̃ȝ ab excommunicatione eandem ĩcurrit excommunicationẽ licet quidã dicãt cõtrariũ sed prima opinio tutior ẽ quã tenent Guil. Jo. de legna τ io. de imo. in cle. Religiosi. de priuil. τ de hoc etiã in direc. li. i. t. 2. §. 103. Secᵒ aũt si ignorãter absoluat. si uero nõ sit excõmunicatus sed habet aliquos casus uel peccata supiori reseruata tũc ẜm tho. τ dur. in su. debet eũ absolue re ab his a quibus põt. Deinde remittere eum ad superiorem de residuo absoluendũ ĩformando penitentem quod illa peccata a quibus ipse nõ potuit eum absoluere cõfiteatur episcopo uel eius uicario τ faciat se ab eis absolui nec per hoc dicit cõfessio diuisa quia integre confitetur primo τ absoluens secundo confirmat τ proficit quod incep tum erat uel si confessus persona simplex fuerit uadat ipse confessor si potest ad episcopum pro auctoritate obtinenda aut si confitentem mittit de eius licentia illa peccata in cedula quam ipsemet penitens portet episcopo uel eius uicario scribat sub hac forma ł simili uidelicet. Latorẽ uel latricẽ presentium pro homicidio uel incestu. In tali gradu comisso absoluendum paternitati uestre trans

mitto ut beneficium absolutionis impendendo et salutarem penitentiam iniungendo ipsum sancte ecclesie reconcilietis. ¶ Et confessor cautum ipsum reddat ne illam cedulam alteri legendam tradat. Et si episcopus remittat eum ad confessorem ipsi⁹ auctoritate absoluendum tunc absoluat illum integre ab omnibus peccatis imponēdo illi penitentiam solum pro illo peccato pro quo prius non imposuerat. At si ille non habet casum reseruatum. uel etiam si habet ꝛ ipse confessor ab omnibus absoluere potest. libere absoluat eum mō ĩfrascripto.

¶ De forma absolutionis a peccatis.

Circa absolutionē consideranda est forma debita uel propria ꝛ completiua. Ubi nota qđ sicut quodlibet sacramentum habet suam propriā formam ita etiam sacramentum penitentie que est ista. s. ego te absoluo ꝛ importat ego te absoluo. i. sacramentum uel ministerium absolutionis tibi ĩpendo uel cōfero. nō aūt importat ut quidaꝫ dicūt ꝛ male. ego te absoluo. idest. absolutum te ostendo quia sequeret̃ ex hoc ꝙ in sacramentis noue legis non esset nisi ostensio uel significatio quod est falsum eo ꝙ sacramenta noue legis non solum figurant ꝛ significāt sicut sacramenta legis ueteris sꝫ etiam efficiunt quod figurant. Unde sacerdos uirtute clauium absoluit a culpa mortali non princi

168

palite2 sed ut instrumentũ dispones ad infusionẽ gratie tm̃ per quã fit remissio culpe. absoluit ẽt a pena nõ eternali q̃ cum sit infinita ⁊ inseparabil' a culpa nõ põt remitti nisi a uirtute seu potentia ĩfinita ⁊ ab eo aquo remittit' culpa sed a tempora li sic. nã cum in cõtritione pena eterna cõmutetur in tempo2alẽ hic uel in pu2gato2io soluendã de il la pena tẽporali cuius homo debitor remanet hic uel in pu2gato2io ut predixi soluenda ui2tute claui um aliqua pars nõ tota diminuit' ẜm alex. de al'. 4ª parte. su. q. 281. ⁊ Tho. in. 4. sen. d. 18. a2. 3. Sed quoniã alia est absolutio a peccatis ⁊ alia ab excõ municatione de his singilatim infra dicet'. ¶ Quo ad absolutionẽ a peccatis sciendũ q̈ licet ut ꝑdixi de substãtia forme sint tantũ hec ue2ba. ¶ Ego te absoluo. expressis illis super quib⁹ absolutio de te2minat'. s. a peccatis. Deprecatio ue2o q̃ premit titur ⁊ reliqua q̃ subsecunt' nõ sunt de necessita te sed tamen cõgrue ⁊ laudabiliter apponunt'.

¶ Postq̃ȝ igit' penitẽs integ2e omnia peccata sua cõ fessus fuerit ⁊ ꝓput req̈rit' ꝑ futu2o tp̃2e bene dispo situs ut sup2a premissa a sacerdote o2atione. Mi sereatur tui omnipotens deus ⁊ dimissis omnibus peccatis tuis perducat te ad uitam eternam amẽ. Indulgentiam ⁊ absolutionem omnium peccatoꝝ tuoꝝ t2ibuat tibi õnipotẽs ⁊ mi̅ĩco2s dñs. Amẽ.

libere ⁊ sine cõditione absoluat eũ. nã cũ cõditiõe absolutus non esset simpliciter absolutꝰ extra de reg. iu. Actꝰ. li. 6. ⁊ dicat. dñs noster ihesus christꝰ q te creauit ⁊ redemit te absoluat ⁊ ego auctorita te ipsius qua fũgor in quantũ possũ ⁊ debeo absol uo te ab omni uĩculo excõnis mĩoris si teneris ⁊ re stituo te scĩs sacramẽtis ecclesie si indiges. iterũ ab soluo te ab omnibꝰ peccatis tuis cõfessis ⁊ oblitis mortalibꝰ ⁊ uenialibꝰ ⁊ circũstãtiis eorũ. Passio domini nostri ihesu christi. ⁊ oĩa bona q̄ fecisti et facturus es ⁊ aduersa q̄ sustinuisti ⁊ sustinebis sint tibi in penitentiã ⁊ remissionẽ peccatorũ tuorum ⁊ in augmentũ diuine gratie. In nomine patris ⁊ filii ⁊ spiritus sancti Amen.

¶ Quãdo satisfactio debet ꝑcedere absolutionẽ.

SUnt tñ aliqui casus in quibus ante satisfac tionẽ nullatenus penitens ẽ absoluendus nec in uita nec in morte nisi prius satisfaciat uel ido nee caueat pro iniuriis uel damnis et male abla tis. ¶ Quorum primus est de excõmunicatis ut in fra dicetur. ¶ Secundus est de usurariis manifes tis dicitur enim usurarius manifestus per euiden tiam facti puta quia mensam paratam tenet ad usuras uel quia de hoc in iure confessus est uel con

uictus uel si sint de hoc argumēta cum fama. sola autē fama nō sufficit ut notat glosa in.c. usurarū de usuris li. 6. super uerbo. manifestos. Tales enī usurarii manifesti nec ad cōfessionem nec ad sepulturam recipi debent licet dicant se uelle restituere uel etiam in ultima uoluntate mandent de usuris satisfieri. ¶ Sed oportet quod de ipsis uel fuerit prout patiuntur facultates eorum plenarie satisfactum. uel illis quibus facienda est restitutio si presto sint ipsi aut alii qui eis possint acquirere uel eis absentibus loci ordinario uel uices ei⁹ gerenti. ¶ Aut decano. ¶ Archipresbitero uel abbati qui alias iurisdictionem habet in spiritualibus de cōsuetudine. ¶ Aut rectori parochie ipsius usurarii. ¶ Uel eius cui debet fieri restitutio coram aliquibus fidedignis. aut seruo publico. idest tabellioni de ipsius ordinarii aut predictorum mandato de restitutione idonee sit cautum dando scilicet pignora. ¶ Uel fideiussores si possunt alias sufficit cautio iuratoria. ¶ Et si usurarum quantitas sit manifesta illa semper in cautione exprimatur. ¶ Alioquin moderanda erit arbitrio recipientis. ¶ Ipse tamen si scienter minorem quam uerisimiliter creditur moderetur. ad restitutionem residui tenetur. ¶ Alias nullus debet interesse eorum testamentis. aut eos

ad ecclesiam sepulturā seu confessionem admittere
uel absoluere ut in.c.q̄sq̄s de usuris li.6. Si igitur
usurarius debite cupit satisfacere ad hoc ut ei ue
re peccatum remittatur quattuor obseruare debꝫ
primo si habet peccuniam unde restituere ualeat
priusq̄s moriatur per se ipsum uel per fidelē ami
cum restitutioni illā exponat. Secundo faciat pub
lice proponi edictū in locis a quorum incolis sunt
extorte usure quod omnes ueniāt ⁊ si aliqui appa
reāt qb⁹ fides sit adhibēda pri⁹ alr̄ poti⁹ illis resti
tuatur quā paupibus erogetur ut notat glosa ibi
bem sup uerbo satisfieri. Tercio si aliquid defuerit
per cautionem idoneā suppleat ut supra. Quarto si
usurarum habet aliqua instrumenta uel scripta ex
tunc ea casset per publicum instrumentum ut redi
gat ad debitū ueritatis.

De forma absolutionis ab excommunicatione.

Quo ad absolutionem ab excommunicatione.
Sciendum quod duplex est excommunicatio.
scilicet iuris ⁊ hominis. Ab excommuuicatione iu
ris maiori seu minori ⁊ regulariter episcopus sub
ditos suos ⁊ prelati exempti sibi subditos absol
uere possūt nisi papa absolutionem sibi reseruaue
rit extra de sen.exco. Nuper. uel etiam sede uacan
te. Capitulum aut ille ad quem episcopalis iurisdic
tio ptinet extra de ma.⁊ obe.c.2.li.6. A sentētia

uero hominis nō potest absoluere nisi qui eā tulit uel eius successor si habet eandem iurisdictionem super excōmunicatū quā ipse qui tulit habuit. 2. q. 3. Si episcopus. 2. uel ēt superior ſm Ric. in. 4. Cū tamē alia sit excōmunicatio ptinens ad forum contētiosum et alia pertinens ad forum penitentiale. Sciēdū quod a prima absoluere pōt etiaʒ nō sacerdos extra de sen. exco. cum illorum. ⁊ c. Canonica. ⁊ de consu. Quanto. Nam absoluere potius est iurisdictionis quā ordinis. 2. q. 1. Nemo. Sollemnia tamen absolutionis sicut dicere orationes cum stolla psalmum penitentialem ⁊ in ecclesiam introducere est ordinis ⁊ officii. de excessibus prelatorum capitulo finali ⁊ de sen. ex. nuper. Ab illa uero que procedit ex ui clauium solus sacerdos absoluere potest. Pe. tamē de pu. ⁊ Johannes sup decretalem A nobis. extra de senten. excōmunicationis clarius dicunt scilicet quod omnis superior etiam non sacerdos habens potestatem excommunicandi. habet etiam ⁊ absoluendi quantum ad restituendū excōmunicatū ad actus legittimos habilem ⁊ cōmunioni fidelium sed quantū ad tollendum culpā ratione criminis uel cōtumacie cōtracte requirit absolutio sacerdotis cō. Ric. in. 4. d. 18. ar. 10. q. 4. ubi dicit ꝙ in pͣ na excōmunicatiōe nō est necessarium ꝙ absoluens dicat precise absoluo te sed sufficit dicere reuoco relaxo ⁊ huiꝰmo

di uerba in illa uero que fit ex ui clauium in foro
cõſcientie debet ſacerdos dicere. Ego abſoluo te.
Jo.an.ſuper uerbo reuocationem extra de his q̄
ui metus ue cauſa.c.i.li°.6°. circa hoc tripliciter
diſtinguit ⁊ ſoluit uide ibi. ligatus tñ pluribus ſē
tentiis uel una ex diuerſis cauſis ſi uult uere ab
ſolui debet exp̄mere omnē ſentētiā ⁊ cauſā ⁊ ſic
una abſolutio ſufficit ad plures excõnes tollendas
alit̄ nõ teneret abſolutio q̄a p ſurreptionē obtēta
eſſet extra de ſen.exco.officii. ⁊ de hoc dicit clari⁹
Ric.ubi ſupra.ar.3.q.io. Regulariter igit̄ in ab
ſolutione ab excõne maiori quattuor obſeruanda
ſūt. primum eſt ut excõmunicatus in omni caſu an
te quam abſoluatur iuret ſtare mandatis eccleſie.
uel ipſius abſoluentis ſiue quod parebit iuri. ¶ Et
licet ho.dixerit iuramentum eſſe de ſubſtantia ab
ſolutionis tamen contrarium tenet communis opi
nio.unde ſi ommittatur quod fieri non debet te
net nichilominus abſolutio extra eo. Cum deſide
res ⁊ dominus an.de bu.ibidem.cõ.gof.⁊.ƀƀ. De
pueris an debeant iurare relinquit̄ arbitrio ab
ſoluentis. Secundum eſt quod ſi quis excommuni
catus eſt pro notoria offenſa in proximum non ab
ſoluatur niſi prius ſatiſfecerit et ſufficientem pre
ſtiterit emendam ſi poteſt extra de uerbo.ſigñe.
Ex parte.primo. quod preſertim obtinet quando
hoc in iure expreſſe cautum reperitur. ¶ Alias ſi

non potest debet absolui recepta ab eo idonea cautione quod satisfaciet si ad pinguiorem fortunā peruenerit. Idem dico si pro contumacia aut offē sa dubia erat excommunicatus quia similiter suffi cit cautio iuratoria ubi nulle expense petuntur ut ibi ꝛ in.c. Odoardus extra de solu. ¶ Absolutio enim neganda nō est. uigesima sexta questione sex ta. Si presbiter. ¶ Tercium est quod absoluat per eum qui tulit sententiam uel superiorem suū uel alium cui commissa fuerit auctoritas absoluen di debita forma seruata. ¶ Sic absoluens enim excommunicatum uirgis uel corrigiis scapulas nu das habentem uerberabit dicendo psalmum.

¶ Miserere mei deus. uel alium penitentialem cum Gloria patri. percutiendo semel in quolibet uersu postea dicat kirī. christeī. kirī. ¶ Pater noster. . ℣. Et ne nos. ℣. Saluum fac seruum tuum. Re spondeat. Deus meus sperantē in te. ℣. Nichil proficiat innimicus in eo. Respondeat. ¶ Et fili us iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. ¶ Esto ei domine turris fortitudinis. Respondeat. ¶ A facie inimici. ℣. ¶ Domine exaudi orationem meam. Respondeat. ¶ Et clamor meus ad te ue niat. ℣. Dominus uobiscum. Respondeat. ¶ Et cum spiritu tuo. ¶ Oratio.

DEus cui proprium est misereri semper ꝛ par cere suscipe deprecationem nostram ꝛ hunc

famulum tuum quem excommunicationis catena constringit miseratio tue pietatis absoluat. Per christum dominum nostrum. Amen. undecima q̄sti one tertia. Cum aliquis. ¶ Quartum est quod absoluto fiant mandata iusta ⁊ rationabilia alias appellare posset extra de pac. capitulo finali. Erit autem ei precipue iniungendum quod de cetero n̄ faciat contra eum canonem propter quem erat ex communicatus. ut incendiario quod nunquam in cendat. ¶ Percussori clerici quod nunquam percu tiat ⁊ huiusmodi. 23. q. ultima. pessimam. ¶ Aliqn̄ etiam requiritur cautio quod decetero talia non faciat extra de sen. ex. Grauem. ¶ Sed si appa reret sententia iniusta nullum mandatum fiat absoluto.

¶ In absolutione autē ab excommunicatione minori non requiritur hec sollempnitas extra eodem ti°. Nuper. In maiori uero licet sine causa ommitti n̄ debeat tamen si ommittatur absolutio ualet. Nā cum quis possit simplici uerbo excommunicari ita ⁊ simplici uerbo potest absolui. ¶ Ut sentiunt thomas ⁊ Ricardus ubi supra ⁊ fere omnes doc tores licet hostiensis dicat contrarium. ¶ Imo eti am quo ad ecclesiam ualet. uidelicet absolutio siū iusta sit siue iniusta. quīquagesima distinctiōe. Pon deret ex̄ de reg. iuris. cū lut. li. 6. nisi fuerit ex cā

falsa.puta si absoluendus dicat se satisfecisse uel ī
iuriam sibi remissam fuisse uel aliquid tale qđ sit
falsum quia sic iudex nō intendit absoluere extra
de off.or.ex parte. Potest etiā quis absens ⁊ inui
tus ab excommunicatione absolui secundum. Tho:
⁊ Ric.ubi supra ar.10.q.1.⁊.2. Et intellige Ric.
quod quis potest absolui inuitus a sententia ho
minis.nō autē a sententia iuris.uide ibi.

Forma absolutionis habentiū īdulgētiā plenariā.

Primo absoluendus dicat. Confiteor. Et premis
sa a sacerdote oratione. Misereatur tui ⁊ domin⁹
yhesus christus. subiungat. Auctoritate dei ⁊ be
atorum apostolorū petri ⁊ pauli ⁊ sancte romane
ecclesie inde cōmissa ⁊ tibi concessa ego absoluo
te ab omni sententia excommunicationis maioris
uel minoris suspensionis ⁊ interdicti si teneris et
restituo te unitati fidelium ⁊ sanctis sacramētis
ecclesie. ⁊ eadem auctoritate inde cōmissa ego ab
soluo te ab omnibus peccatis tuis confessis contri
tis ⁊ oblitis. Item auctoritate dei ⁊ beatorum apo
stolorum petri ⁊ pauli ⁊ sancte Romane ecclesie.
⁊ etiam auctoritate domini nostri.P.summi ponti
ficis michi in hac parte commissa ⁊ ī quantum de
beo ⁊ possum si ista uice morieris ab soluo te ab
omnibus penis tibi in purgatorio debitis proptē

culpas ⁊ offensas quas cõtra deũ commisisti. et in quantum inde permittit restituo te illi innocẽtie in qua eras quando baptizatus fuisti. Si uero ista uice nõ morieris reseruo tibi plenariam indulgentiam tibi concessam a domino papa pro ultimo articulo mortis tue. ¶ In nomine patris ⁊ filii ⁊ spiritus sancti. Amen.

¶ Interrogationes beati Anselmi faciende infirmo morienti.

¶ Primo interrogari debet. ¶ Si credit omnia que sunt fidei christiane. ¶ Et Respondeat. ¶ Credo. ¶ Secundo si gaudet se mori in fide christiana. ⁊ respondeat. Gaudeo. Tercio si recognoscit se deum multum offendisse. ⁊ respondeat. Recognosco. ¶ Quarto si dolet de omni dei offensa ⁊ respondeat. Doleo. ¶ Quinto si proponit de cetero ab omni offensa peccati mortalis abstinere. et respondeat. Diuino auxilio mediante propono. ¶ Sexto si credit se meritis passionis christi ⁊ non propriis ad gloriam peruenire. ⁊ respondeat. Credo. Ultimo debet sibi dici si occurrerit tibi inimicus diabolus semper ei opponas merita passionis christi.

¶ Si quem peniteat scelerum culpamqꝫ fateri
¶ Aures clauigeri presulis ante uelit.
¶ Non indignetur docti precepta libelli
¶ Quiqꝫ salutifere norma sit ampla uie.
¶ Quis credet? uetus abscondit sua crimina Chaim.
¶ Culpam percusso fratre negauit Abel.
¶ Ex illo soboles italas Chaima per oras.
¶ Creuit: & hos inter Bartholomeus erat
¶ Mundanas contempsit opes sub paupere diues
¶ Francisco: nec aurum gaudet habere Chaim.
Quod fratrem dixit pater occidisse negasti:
¶ Ostendam culpam dissimulare nefas.
Et quo cuiqꝫ modo prestet delicta fateri:
¶ Si modo post ipsum sidera crimen amet.
Dixit ut hec: sacrum sibi confecisse uolumen
¶ Pergit non parua scripta legenda mora.
Turba coit. plenumqꝫ sue sitibunda salutis
¶ Dignum te repetit Bartholomee librum.
Nec mora Christoforus populum coijsse fidelem
¶ Ualdafer attenta protinus aure notat.
E saturemus ait dignandis agmina uotis.
¶ Deqꝫ Rhatispona quin damus artis opem.
Ciuibus hinc nostris Mediolanoqꝫ potenti.
¶ Impressit magnum maximus auctor opus.

.1474. 3°. kl'as octobres.


BIBLIOTECA
XV
NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

